

nisi, quò ad clarissimi nominis tui mentionem, citra
appellationem perveniretur. Quod superest, & Boetii
Dissertatio, procurantibus amicis, et omni, ut refertur
auctò flagitante, typis excusa prodit. Ex eo dum se
prospicere autumat, rescriptionem item tuam non
publico non dubiò datum iri, excerpit, quas et hic
videbis, duriasculi sermonis periodos, quarum si acci-
tum induci potes, ut ~~nonnotione~~ suaviori locutione
dituatur, optabit ipse, ut orbi innotescat, quantà
facilitate, eruditione, et autoritate scrupulos huius
tantum summoveas, quibus jam se libertatè ^{hunc} fatetur,
et publicè quidem, si voles, professionem recipit, nam
et Aigueberio hoc præcipue in mandatis dedit, quæ hic partes
meas sunt, bandam operam censeo, ut facta inter
vos amicitia sit, cuius meæ quasi proxeneta admi-
nistis. Eò si inclinans vir humanissime, ut equidem
auctor sum, et majorem sane in modum te obsecro.
confestim atque jussis, adversaria tua de Xeriydiis
michi asterutata transmittam: de editione
pluribus vel scripto tecum, vel coram acturus, si fieri
per alterutrius occupationes poterit, ut vel domi
tuas vel meæ brevi congregiamur. Vale quem
deus, et hæc chartulas, quibus me respondere
par est, ubi otium erit, remitte. Haga Com:
XVII. April: MDCCXXXVI.

Querio Boxhornio.

[237]
Synopsis. Vir Clarissime, de quâ dicebam, supelle-
tilis Smithiana prout condidit me olim, et auferri
mente potuit, hic habes. Dum illam contrectandi copia
non est. his umbris utere mecum, utque archetypo
respondere videantur, quæ te in dictione sordes offen-
dent, pro arugine sunt. et me ama
21. Maij 1636. Tui amantissimum
C. H.

Barlaeo

[238]
Vir doctissime et amicissime
Nummos pridem ^{tibi} debitos, quarumque non aini unum rigidus
exactor es, mantarum fidei committendos mandavi,
ut qui absque periculo et levi mercede ejusmodi merces
quotidie transportent. De Epigrammatis gratum est
quam maxime

82

quam maximè, quod paucæ tibi excidere patiari, quorum
michi copiam non velis factam tuâ manu, idque ut pergas
facere, vehementer peto. Quæ adversus mare clausum, amicis
tibi, et quod rem esse censeo, ipsa indignatio, atque adeo
ut me ipsum eadem, truci compunctio veri, extorsit,
cuius tibi divos manibus, ante octiduum vidi. Denique amici,
ut vidi, ut perij, ut me bonus abstulit error: exemplo
lapsus, post idoneos autores, meum quoque telum in injurias
vicinas vibrare aggressus sum. Fuis rei quod ignavis
sis hæcenus, a probitate Staackmanni est, seriò a me
moniti, nequid istius nostræ impotentia palam faceret
licet à xvovōpis, et utriusque vobis inscriptæ. In arcem
Schenkianam epigramma ex relato solo Legati Francisci
natum noveram: lecto nunc et relecto, testor me, ut
illum mirificè applausisse. pulchrum enim, et nervosum
est, et generosissimi acuminis. Ad extemporanea cetero
et suo ingenere venustissima, si tanquam cantare parem
vel respondere paratum admittis, ecce ut in litera discri-
mine ante biduum aut triduum me oblectabam

Pollam puellam, et bellam amari; animum linguo:

Cessante causâ, nempe cessat affectus.

Pollotti dextera, ad quam allusisti, ne mihi quidem olim,
amputata, evasit; invenio in schedis anni 1630 qua
sequatur.

Ô, si dextera minus, quam sors mihi dextera fuisset!

Ô, quam laeva minus, sors mihi laeva fuit!

et

Ô quam, laeva magis, sors non male laeva fuisset
Ô quam dextera minus, non bene dextera fuit!

Sed abunde nugarum est: ignosce quibus hoc vitium est,
etiam occupatus, et me amato dignissime amicorum
Haga Com: X. Cal: Jun: MDCCXXXVI.

Marco Zuerio
Boxhornio.

(239).

Grandem Epistolam, tui clarissime denuò mihi scriptam
tertiò autem, quod ab humanitate tuâ est, inscriptam
at ex qua nunc res duæ, victrix causa, et autoris
infinita eruditio, libellum feceres, ante dies plusculas accepi.
Si serini reparere ita videar, in rudimento amicitiae nostrae
semel